

RATIO XXXVI.

Dedicitur ex Nautica.

Proverbi.

Pericula
maris.Bis sen-
tentia.Quid pro-
fit nauiga-
tio.Brutia, &
zopista.Materia,
qua naues
conficien-
tia.Partes na-
uus.
Cinna pos-
ta.

ID nobis innatum est, ut quoties effectum aliquem admirabilem reprehendimus, causam illius inquiramus; inter effectus autem, quos percipere solemus, magis admirabilitatem naues milii contrinere videntur, dum Neptuni dorsum calcant, nosque ex uno meridiano in aliud tam pernici motu, vel potius volatu rapiunt, ut eas vix oculorum acies aduertere possit. Quid vero hinc magis admirer, an furentes maris fluctus, quos saepe ad cælum usque tolli diceres, an nauigia, quæ aduersus turbines, & infanos vortices opposita pergunt vterius, an illorum industriam, qui huiuscmodi compegerunt ædificia, nescio. Licet vero Graci vernerint in prouerbiū mulierem, ignem, & mare, veluti tria hominum mala *youth*, *sea*, *fire*: neque detrectare velim summa nauigantibus immineri pericula, tam ex naufragiis, prædonibus, piratis, & tempestibus, quam ex cæcis faxis, Scyllis, Syribus, Charybibus, brevibus, scopolis, belluis, marinisque monstrosi humani sanguinis quidissimis, vt iure Satyricus dixerit, aut ad summum digitis nauigantes à mortis discrimine remoueri, quos nec inter viatos, nec inter mortuos Bias annumerabat, & illud vulgo vereque feratur, qui mare nauigant, multa pericula narrant, attamen tanta nauigationis uitias esse censetur, vt illa pericula contemnant homines; etenim vix villa regio, prouincia, vel ciuitas reperiatur, que maris auxilio non egeat; siquidem vnicuique loco multa desunt, quæ mare, nauibus intermedii, suggesterit. Omittit morbos, qui per nauigationem lanantur, vt phisium, & languinis egestionem; omittit brûtiā ex acetō & cedrio coagulata, & radulanam, seu zopissam nauium ad plurima medicamenta non parum vtilem, vt ad institutum propriū accedam.

Itaque volo in eum aspicias, Athée, Ocenum, cūmque, si placet, cum ventorum impetu, fluctuum, procellarumque fratre, super quo nauis aliqua, siue biremis, siue triremis, quinqueremis, aut soe fuit ordinum. Iam non quare, neque curio, si nauis illa cedrea, vel cupressina, quales Plaro, tabulas expetebat, in quibus publica leges incidentur, vel pinea, alnea, laricea incendis non obnoxia, aut ex castaneo, cerro, fago, robore, abiete, spina, quam *ni agi*. Graci vocant, vel ex alia quacumque materia fuit; sed tantum à te postulo, an nauim illam, quam à longè propiscis, casu, vel necessitate factam esse, vel se ita semper habuisse putas.

Dubito enim quid de ea dicturus sis, si presertim nullius inquam videris structuram, partes, vel armamenta: vt ergo certior de tua opinione fieri possum, ad illam nauem propius accedamus, vt non solum illius rostrum, non solati proram, puppim, vel in puppe *cōsors*, aut protomas, non folium malum, atque illius *scēnā*, & elacates, & vt Cinnaloquitur,

Lucida cum fulgent alti carchesia mali.

Sed & pternam, & orthiacum, & ipsam carinam Græcotum tropida, fororum apertiora latera, ta-

bula, stegam seu proscenium, quæ Lucretius l. 2. decantauit his versibus:

— *Transfra, carina,*

Lucretius.

*Antennas, proram, malos tonsaq̄ue natantes,
Per terrarum omnes ora fluitantia aplustra:
Vt videantur, & iudicium mortalibus edant
Insidia maris insidias, viresque, dolumque
Vt vitare velint, neve illo tempore credant,
Subdola cīm ridet placidi pellacia ponit.*

Itaque iam iam ad nauem peruenimus, & interiora cœpimus inuestigare: Bene res habet; supereft me iam certum facias, an gubernaculum calu possum in pūpi arbitris, quo gubernator ibi sedens clavo nauigium regit, an frusta primæ parti regenda intendat proteta; an lignum istud, ex quo *modi* factum est, semper ansam, *osīp*, & *īcōnōua*, nec non alas, & ceruicem habuerit.

Sanè toto calo abero, si his omnibus ritè perfensis, non fatearis ab aliquo fabricata esse; Quomodo enim carina potius in imo cum suis procumbolidibus & embolis, & stera, & delphide & stolis, quam in alia parte? cur artemon Machala, seu prora parti, non autem pupi affigitur? Reuera nemo sanæ mentis chelysma, gastron, scapham, nauifactor, *ēdōia*, seu thalamos, & selmata, tremata, spondā, peritonæ, tabernaculū, apidæ, aphlafta, caferiam temis asseruandis destinatam, parexereſia, & alias nauis partes fortuitò sic esse dispositas existimarit, sed ab aliquo homine, qui omnia maris pericula nouerit, atque preuidet, quibus, nauigio ex omnibus illis partibus conflato resistet. Quod si non potuerit nauis his particulis instruta fortuitò nasci, aut à se talis existere, licet originem illius nescias, quomodo ipsum mare, quod adeò vastum est, quod pisces longè plures, quā nauis particularis complectitur, quomodo aëri, qui nauigium ambit, quomodo terra, quæ sustinet oceanum; quomodo cæli, qui terram, æquor, & aërem complectuntur, denique quomodo ingens i stud totius mundi nauigium, in quo singuli non sine quondam nisi tun animi, rum corporis periculis nauigamus sine cuiusdam opificis industria perfici potuit?

At fortè dices te nullas in mundo partes a pice-re, sicut in naui, quæ mundum fabricatum fuisse conuincunt. Igitur partium commoueri multitudine; quid si tibi in nauem protulero, quam humana sedulitas trochleis, ac funibus tractoriis tam perfectè instruxit, vt quod in aliis vix trecenti poterant remiges, nū vnuus homo, nec admodum robustus remoneat, idque tam pari actu, tam æquali conni-xu, vt totidem putes brachia consipire, vt Calca-gnini, de re nauali nota: Quid si neque illius videatur, qui nauim regat, licet optimè fulces æquor, & ab oriente in occidentem, & è contra progredi videatur, in qua nulla *ōma*, nulli remi, funes, nulla ve-la, antennæ nullæ, nullus cheniscus, in quo anchoræ suspendantur; nulla anchora, nequidem sacra; an propter ea nauem istam rectore carere dices? nunquid potius cum concludes admirabilem, qui nauem tanta subtilitate gubernat, vt nemo id ocu-lis deprehendere valeat.

Mundus
artifice in-
diget.